& quasi ambigendo confidit. & gau
dens metuit & metuens gaudet, quia
scit quod ad brauium qui & eis non
peruenit nisi hoc quod inter iacet cum
labore transcendat, cum morbosa
corpori nostro repellere cupimus.
tristes quidem amarum purgatio
nis poculum sumimus. Certi autem
de subsequenti salute gaudemus.
quia enim peruenire corpus aliter ad
salutem non ualet, in potu bibet etiam
quod taedet. quodcumque amaritu
dine inesse uitam animus conspicit
merore tur beatus hilarescit, in libro
salamonis scribtum est. si ceciderit
lignum ad austrum aut ad aquilonem.
In quocumque loco ceciderit ibi erit,
ligni namque nomine uir iustus
aut etiam iniustus exprimitur.
sicut per profetam dominus dicit. Ego dominus
humiliabo lignum sublime in die
mortis suae. Iustus ad austrum cadet.
peccator ad aquilonem, quia et ius
tus per feruorem spiritus ad gaudia ducitur
et peccator cum apostata angelo qui
dixit. sedebo in monte testamenti
in lateribus aquilonis. In frigido suo
corde reprobatur, lignum in quocum
que loco ceciderit ibi erit. siue ad aus
trum siue ad aquilonem ibi erit.
Quia cum humani casus tempore
siue electus siue malignus spiritus egredientem
animam claustra carnis acceperit
in aeternum secum sine ulla permuta
tione retinebit. ut nec exaltata
ad iudicium proruat. nec mersa
aeternis suppliciis ultra ad remedium
ereptionis ascendat. EXPLICIT
SENTENTIARUM LIBER
TERTIUS; INCIPIT LIBER
QUARTUS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0254